viris expetita, in his virtutum palæstras, in his scholas
in his academias, non profanæ sed sacræ, sed diuinæ sci,
entiæ, sui ipsius cognitionem, mundi contemptum, Regni Cœl
estis itinerarium fuisse excitatas, non itaq; desertum hoc im
probabat Eusebius, ut pote qui ante sciret arduam virtutem
in sua regia in suis palatiis non magna comitum cinctam turba
lateronibus stipatam plerumq; nullis, pedissequas numerare quot?
quid igitur erat quod constantissimam solidissimamq; hanc
columnam à sanctissima cogitatione à saluberrimo suscepto
consilioq; dimouere concutereq; poterat? tristitiæ nubes exced
ebat, calamitatum pluuias spernebat, ferocientis Æoli mi
as ridebat, contemnebat omnia, quid multis disputo, mur
um aheneum contra potentes carnis arietes dixissetis,
Ulyssem aduersus mundanarum sirenum cantus credidisset
is, leonem deniq; contra quascunq; capitalis inimici insidi
as, terrores, machinationesq; audissetis, at non angustæ cellæ
molestia deterrere illum potuit? cellam Cœlum reputabat,
at tum vel maxime certè crediderim, quando ipse eam
incoluit, at pulla vestis nonne mutare animum potuit?
ut purpuram laudabat, quis dubitet cum talem regem tal
em imperatorem, qui se regere sibi imperare quod longè
grauissimum laudeq; dignissimum est contexerit, demus
et hoc non potuisse, at certè tristis cuculla potuit
quid expectatis Aud:? ô utinam sic omnes Deo deuoti re,
ligiosi lugerent, qualem, Deus bone! conscientiam, quàm

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 324r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/324r)